



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

Quo Praeter Varias Ac pervtiles Additionibus praecipuis & in foro
potissimum occurentibus Tomi primi Quaestionibus annexas, etiam S.
Rotae Romanae Decisiones Novissimae De Eadem materia editae, &
singulari studio selectae continentur - Hac postrema editione
praecedentibus duobus Tomis primum additus

Chokier, Érasme de

Coloniae Agr., 1684

Decisio CII. Jus visitandi Ecclesias Monialium curam animarum annexam
non habentes non spectat ad Episcopum, des ad Abbatissam, praesertim,
quando tale jus competit vigore concordiae inter ipsam, & ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61921](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61921)

DECISIO CII.

Jus visitandi Ecclesias Monialium curam animarum annexam non habentes, non spectat ad Episcopum, sed ad Abbatissam, præsertim quando tale jus competit vigore concordie inter ipsam, & Episcopum à Sede Apostolica confirmata, & per longum tempus observata, & ex quibus talis observantia probetur.

R. P. D. Bichio.

Inter impressas Bichii decis. 267.

Barchinonen. Jurisdictionis.

Mercurii 4. Julii 1646.

SUMMARIUM.

- 1 Episcopus potest visitare Ecclesias Regularium curam animarum habentes in iis, quæ spectant ad Sacramentorum administrationem.
- 2 Non obstante quacunque exemptione.
- 3 Non tamen visitare potest altaria earundem Ecclesiarum, quibus non incumbit cura animarum personarum secularium.
- 4 Præsertim quando hoc idem prohibetur etiam ex concordia à Sede Apostolica confirmata, quæ ligat etiam Episcopos successores, & num. 5.
- 6 Confirmatio Apostolica probatur ex literis Apostolicis de mandato Papæ expeditis. Et tale mandatum probatur ex assertionem Cardinalis in ipsismet literis confirmationis emissa, num. 8.
- 7 Gestæ per Benedictum XIII. ante primam requisitionem Principum fuerunt approbata à Concilio Constantensi.
- 9 Confirmatio concordia presumitur ex illis

- lius observantia per longissimum tempus.
- 10 Scriptura extracta ex proprio Archivio monasterii probant etiam contra tertium concurrentibus administratis.
- 11 Observantia, sive effectuatio concordia in aliqua parte arguit effectuationem in reliquis, in ea contentis.
- 12 Concilium Tridentinum loquens de iure visitandi competente Episcopo non derogat concordia à Sede Apostolica confirmatis.
- 13 Assistentia juris locum non habet, ubi concurrunt titulus, vel quasi possessio in contrarium.
- 14 Jus visitandi beneficia existentia in Ecclesia monasterii competit Abbatisse, si vigore alicuius concordia inter ipsam, & Episcopum beneficiati sunt ei subiecti.
- 15 Observantia declarat quid fuerit in transactione comprehensum.
- 16 Abbatisse incapax est jurisdictionis spiritualis, ac propterea non potest interdiceret, nec suspendere.
- 18 Declara conclusionem procedere in suspensione propriè sumpta, ob quam quis irregularitatem incurrit, secus
- in suspensione impropiè sumpta, qua fit subtrahendo redditus, & similia, hoc enim non est propriè jurisdictionis spiritualis & num. 18.
- 19 Abbatisse potest beneficiatos in Ecclesia monasterii existentes pœnis coercere, quando talis facultas ei à Sede Apostolica est concessa, tunc enim non ipsa, sed Pontifex jurisdictionem spiritualem exercere videtur.
- 20 Visitaciones ab Episcopo facta in monasterio Monialium iure delegato non tribuunt eidem ius visitandi in regulariario.
- 21 Quasi possessio visitandi monasterium Monialium non potest dici quasi Episcopo in prajudicium Abbatisse ex visitatione contradicta, nisi aliter concurrat scientia, & acquiescentia Abbatisse.
- 22 Quasi possessio visitandi ex quibus Abbatisse quaesita dicatur contra Episcopum?
- 23 Scientia, & patientia resultat ex multiplicitate actuum.
- 24 Scientia & patientia adversarii non est necessaria, quando constat de iure possidentis.

Renovato conflictu super manutentione in quasi possessione visitandi, quam competere Abbatisse Monasterii sancti Petri puellarum, exceptis his quæ ad curam animarum pertinent, Rota censuit sub die 1. Julii 1644. quia informatantes pro Domino Episcopo plura deducebant petitorium respicientia, ex quibus quasi possessio Abbatisse aliquo modo denigraretur, Domini mandarunt, quod videretur de bono jure, super quo hodie excitavi disputationem, & resolutum fuit constare de bono jure Abbatisse.

I Nam quoad Episcopum si libera aedes habet, cum Episcopo licet competat jus visitandi Ecclesias regularium curam animarum annexam habentes, in iis quæ ad dictam curam

curam & Sacramentorum administrationem pertinent, ut disponitur in sacro Concilio Tridentino. *sess. 25. de regularib. cap. 11. & tradit Roderic. quest. regul. Tom. 1. qu. 36. artic. 4. Marcus Antonin. var. resolu. lib. 1. cap. 17. numer. 3. Barbosa de potest. Episc. alleg. 74. numer. 18. non obstante quacunque exemptione ut habetur in eod. Concil. *sess. 7. cap. 7. de reform. & notat. Cardin. in clem. attendentes. numer. 8. de statu monach. Chokier. de iurisdic. in exempt. part. 2. quæst. 45. numer. 11. & par. 4. quæst. 23. numer. 2. dictarum tamen Ecclesiarum altaria quibus non incumbit cura animarum personarum secularium visitare non permittitur ex Constitut. san. mem. Gregorii XV. de exemptorum privilegiis, ut declaravit sacra Congregatio relata per Tamburin. de jure Abbatiss. disp. 16. quæst. 3. sub numer. 13. & omnino prohibetur ex concordia de Anno 1401. inita inter Abbatissam & Episcopum ibi: quod Dominus Episcopus non visitet aliquod aliud altare nisi parochiale. & infra ibi. item quod in actu visitationis nec minus in alio tempore Dominus Episcopus visitator, aut visitatores per ipsum deputati non faciat nec faciant aliquam inquisitionem ratione servitii beneficiorum portionariorum &c. quæ concordia cum sit munita confirmatione Apostolica, ligat etiam Episcopos successores, ut notant. DD. in cap. de cetero, & cap. veniens de transact. cap. quia ex eo, de pact. in 6. Rota decis. 79. num. 6. decis. 159. num. 5. par. 1. recent. decis. 37. num. 15. par. 7.**

Confirmatio autem Apostolica nedum probatur ex litteris expeditis de mandato Benedicti XIII. cujus gesta ante primam requisitionem principum approbavit Concilium Constantiense ut habetur in Concilio Constant. *sess. 20. §. 5. & dixit Rota coram Coccino decis. 295. num. 11. & in Calaguritana canonicatus 20. Decemb. 1602. coram Cardin. Lancelloto seniori. de quo mandato constat ex attestazione Cardinalis Tirasonen- sis in ipsismet confirmationis litteris emissa, cui standum est ad text. in cap. nobilissimus distinct. 97. Lapus alleg. 32. num. 3. Roman. conf. 59. num. 6. & in terminis Rota decis. 339. num. 1. par. 2. recent. sed etiam ex observantia concordie per longissimum tempus. *Pur. decis. 345. num. 2. lib. 1. decis. 355. num. 7. lib. 2. in correct. Seraph. decis. 108. num. 7. Rota in recent. decis. 159. num. 4. part. 1. Addent. ad Gregor. decis. 152. num. 4.**

Siquidem in concordia inter cætera fuit assertum, quod monasterium est immediate subiectum Ecclesie Romanæ, & conventum quod Abbatissa habeat jus conferendi beneficia existentia in Ecclesia monasteriali; producta autem fuerunt sexdecim instrumenta collationum dd. beneficiorum ab Abbatissa factarum sub simili assertione immediate subiectionis Ecclesie Romanæ ab Anno M. CCCC. XXXV. usque ad An. 1593. quæ licet extracta ex archivio monasterii, quia adminiculantur tum ex numero, tum ex præcedenti concordia, tum quia tanto tempore nulla datur collatio pro parte Episcopi, tum ex sententia lata per iudicem commissarium, probant etiam contra Episcopum, ut per Bald. in l. instrum. num. 1. C. de probat. *Salic. ibid. n. 1. Caputaq. decis. 234. par. 1. Buratt. decis. 716. num. 4. Rota decis. ult. n. 2. & seqq. par. 1. divers. dec. 537. n. 1. & ibi Addent. n. 4. coram san. mem. Gregorio XV. & sicuti probant observantiam*

concordiæ quoad jus conferendi, & immediatam subjectionem monasterii Ecclesiæ Romanæ, efficiunt, ut concordia dicatur observata & effectivata etiam in rebus
 11 quis in ea contentis. *Addens ad Jan. mem. Gregor. XV. decis. 557. num. 9. in fine. Roman. Terracinen. Sacristia, 9 Junii 1600. coram bon. mem. Inso. Caval. decis. 408. num. 6. B. rati. decis. 870. num. 4.*

Ad eò quod ex dicta concordia evacuatur penitus jus visitandi, quod aliàs com-
 petere possit Episcopo vel de jure communi, vel ex dispositione Concilii Tridentini,
 12 quia Concilium Tridentinum non derogat concordia à Sede Apostolica confirmata
Gonzalez. ad regul. 8. gl. 25. num. 14. Gratian. discept. 212. num. 37. Achill. dec. 3. num. 2.
 13 *de pac. & assententia juris communis cedit legitimo titulo & quasi possessioni Abbatissæ. Panorm. in cap. 1. num. 8. ut lite pend. Lancellot. de assentat. par. 2. cap. 4. declar. 4. m. 6. Rot. decis. 508. numer. 10. & seqq. par. 5. recent. decis. 25. numer. 3. post Tamburin. de jura Abbatiss.*

Cujus Abbatissæ bonum jus eadem concordia patit, nedum excludendo Episcopum ut supra, sed etiam subjiciendo beneficiatos in Ecclesia monasterii jurisdictioni ipsius Abbatissæ, quaesitum fuit jus visitandi beneficia sibi subiecta. *juxta gl. in Clem. attendentes, verb. alia, vers. si autem monasteria de statu Monach. quam interpretatur Cardin. sub num. 7. Ioan. de Imola. num. 5. Fusc. de visitat. lib. 1. cap. 2. numer. 14. Pavin. de visitat. quest. 2. par. 1. num. 43. Azor. Insti. moral. par. 2. lib. 3. cap. 40. quest. 9. vers. si querat, & quest. 11. vers. quidam alii. Barbosa de potest. Episc. alleg. 73. numer. 33.*
 15 Concurrentibus præsertim visitationibus factis successivè ab Abbatissis, nec non promissionibus beneficiatorum non contraveniendi visitationibus per Abbatissam faciendis; nam observantia declarat, quid fuerit in transactione comprehensum. *Aym. conf. 211. numer. 8. Bald. conf. 245. numer. 2. lib. 3. Rota decis. 301. num. 8. par. 1. recent.*

Nec obstat, quod famina sit in capax jurisdictionis spiritualis & clavium. *cap. nova, de panit. & remiss. cap. de Monialibus, de sent. excommuni. id eò que non possit beneficiatos cogere ad obediendum mediante interdicto vel suspensione, quia hoc*
 17 *procedit in suspensione propriè sumpta, ob quam contraveniens irregularitatem incurrit, ut notat Abb. in cap. dilecta, num. 5. vers. tamen strictè de major. & obed. Miranda in man. Pralat. de monial. qu. 6. art. 5. conclus. 1. & 4. Bonacina de censur. in comm. disp. 1. quest. 1. puncto 2. num. 4. Castropal. quest. moral. par. 3. disp. 4. puncto 14. numer. 4. sed non in suspensione improprie sumpta, quæ fit subtrahendo redditus, & prohibendo beneficiatis sibi subiectis exercitium officii, & celebrationem missarum, donec satisfecerint, cum hoc non sit propriè jurisdictionis spiritualis & clavium feminis prohibita, ut declarando, gl. in d. cap. dilecta tradit ibidem Abb. num. 5. vers. dicentes quem sequitur Silvest. in Sum. verb. Abbatissa, num. 6. vers. & secundo. Miranda d. conclus. 4. vers. & quamvis. Suarez de relig. tom. 4. lib. 2. cap. 9. num. 11. Layman, Theol. moral. lib. 1. tract. 5.*

1. tract. 5. cap. 3. n. 3. alique allegati per Tamburin. de jure Abbatiss. disput. 3. q. 5. n. 3. Et à Moderno Martien. in summa quass. regul. verb. Abbatissa num. 16.

Cumque in concordia confirmata à Sede Apostolica Abbatissa detur potestas beneficiatos destituendi ac privandi in poenam delicti, poterit Abbatissa etiam hac poena multare delinquentes, quamvis hoc spectet ad jurisdictionem spiritua-
lem, & ratio est quia stante concessione Apostolicâ Abbatissa privando non exercet
proprie jurisdictionem spiritualem, sed ad ejus voluntatem Pontifex est, qui suspen-
dit influxum seu aufert jurisdictionem spiritualement, ut bene declarat Suarez. de relig.
d. tom. 4. l. 2. c. 9. n. 14. in fine. quem refert Et sequitur Barbosa de jure Eccl. l. 1. c. 45. n. 40.
conferunt Estradita à Flores de Mena pract. quass. l. 1. q. 10. n. 4. Et 6.

Tandem non obstant visitationes facte de anno 1504. & 1587. quia cum facta
fuerint autoritate delegatâ à Sede Apostolica, non præstant Episcopo jus visitan-
tandi autoritate ordinariâ, ut pluribus comprobatur prima decis. §. fin. eod. minus, quia
secunda visitatio fuit contradiâ à Montalibus, & contradictio de mandato visitato-
ris fuit inserta in ipso instrumento visitationis, ex qua propterea nullum jus aut quasi
possessio acquiritur potuit Episcopo in præjudicium Abbatissæ, cum ad hunc effectum
necessaria fuisset illius scientia & acquiescentia. L. 3. §. dare ff. de usufruct. l. 2. ubi glof.
verb. scientie. C. de servit. Et aqua. Aff. R. dec. 67. n. 1. Et 2. Rot. dec. 165. n. 5. par. 4. divers.
dec. 25. n. 10. apud Tamburin. de jure Abbatiss.

E converso autem Abbatissa ex visitationibus à se factis aliisque actibus juril-
dictionalibus vigore concordie abique aliqua contradictione expeditis acquisivit
quasi possessionem contra Episcopum, cum Episcopi scientia ex actu multiplicata
re præsumatur, & necessaria non sit, quando constat de titulo possidentis, ut bene ex-
plicat Rebuff. in const. Gallie. tom. 3. tit. de mater. possess. in præfat. n. 145. Et seqq. Et n. 153.
post Castren. in l. servitutis prædiorum n. 9. vers. licet ff. de servit. Bald. de præscript. par. 2. §.
p. principalis q. 5. n. 4. Gratian. discept. 870. n. 33. Rota dec. 333. n. 3. par. 1. recent. Et in Lu-
cana juris patronatus 20. Decembris 1628. coram Reverendissimo D. meo Decano.

Et ita decisum utraq; parte informante.

